

Diaphorus iudex Neoptolemus Achillis & Deidamiæ filius ab insula Scyro, hic idem
 c Pyrrhus est uocitatus à patre Pyrrha, summa naues. 245.

a Videntur hic & omiſſa quædam eſſe quæ ad naues Thoantis pertinent, et quod hic Tyto ponitur, iſthone legi debet
 re, & ad Proteſilaum, cuius nomen hic deest, referendum eſſe. Ita enim ex Podarce, qui ſequitur colligi poteſt, quem
 Homerus Proteſilai fratrem, non Thoantis facit.

b Vide 2. Iliad. Nam hic haud ſcio an nomina tranſpoſita ſint, et legendum Antiphus Theſſali et Chal. fil. Niſyro na. 14.

c Neq; hic locus abſq; uicio eſſe uidetur, cum cæteri omnes de mille nauibus mentionem faciant.

XC VIII. Iphigenia.

Fortaſſe legen-
 dum alijsq;



Gamemnon cum Menelao fratre * Aſiæ delectis ducibus, Helenã uxorem
 Menelai quam Alexander Paris auexerat, repetitum ad Troiam cum iret,
 in Aulide tempeſtas eos ira Dianæ retinebat, quod Agamemnon in uenan-
 do ceruam eius uiolauit, ſuperbiusq; in Dianam eſt locutus. Is cum Auru-
 ſpices conuocaſſet, & Calchas ſe * reſpondiſſet, aliter expiari non poſſe niſi
 Iphigeniam filiam Agamemnonis immolaſſet. Re audita Agamemnon recuſare coe-
 pit, tunc Vlyſſes eum conſiliis ad rem pulchram tranſtulit, idem Vlyſſes cum Diomede
 ad Iphigeniam miſſus eſt adducendam. Qui cum ad Clytemneſtram matrem eius ue-
 niſſent, ementitur Vlyſſes eam Achilli in coniugium dari. Quam cum in Aulidem ad-
 duxiſſet & parens eam immolare uellet, Diana uirginem miſerata eſt, & caliginẽ eis ob-
 iecit, ceruamq; pro ea ſuppoſuit: Iphigeniamq; per nubes in terrã Tauricã detulit, ibiq;
 templi ſui ſacerdotem fecit.

XC IX. Auge.



Vge Alei filia ab Hercule compreſſa, cum partus adefſet, in môte Parthenio
 peperit, & ibi eum expoſuit. Eodem tempore Atalante Iaſii filia, filium expo-
 ſuit ex Meleagro natum, Herculis autem filium cerua nutriebat, hos paſto-
 res inuentos ſuſtulerunt, atq; nutrierunt, quibus nomina impoſuerunt, Her-
 culis filio Telephum, quoniã cerua nutrierat, Atalantes autẽ Parthenopeum, quoniam
 uirgine ſimulante in monte Parthenio eum expoſuerat. Ipſa autem Auge patrem ſuum
 timens profugit in Mœſiam ad regem Teuthrantem, qui cum eſſet orbis liberis hanc
 pro filia habuit.

c. Teuthras.



Tutatus eſſet

Teuthrantem regem in Mœſia Idas Apharei filius regno priuare uoluit, quod
 cum Telephus Herculis filius ex reſponſo quærens matrẽ cum comite Par-
 thenopeo ueniſſet, & huic Theutras regnum & filiam Augem in coniu-
 gium daturum promiſit, ſi ſe ab hoſte tutuſſet. Telephus conditionem re-
 gis non prætermiſit, cum Parthenopeo Idam uno prælio ſuperauit, cuius
 pollicitam fidem præſtitit, regnumq; & Augem matrem inſcientem in coniugium de-
 dit: quæ cum mortalem neminem uellet ſuum corpus uiolare, Telephum interficere uo-
 luit inſcia filium ſuum. Itaque cum in thalamum ueniſſent, Auge enſem ſumpſit, ut
 Telephũ interficeret. Tum deorum uoluntate dicitur draco immani magnitudine in-
 ter eos exiſſe, quo uiſo Auge enſem proiecit & Telepho inceptum patefecit. Telephus re-
 audita inſcius matrem interficere uoluit, illa Herculem uiolatorem ſuum implorauit,
 & ex eo Telephus matrem agnouit, & in patriam ſuam reduxit.

CI. Telephus.



Telephus Herculis et Auges filius ab Achille in pugna Chironis hafta percuſus
 ſus dicitur. Ex quo uulnere cum indies tetro cruciatu angeretur, petiit ſortem
 ab Apolline, quod eſſet remedium, reſponſum eſt ei neminem mederi poſſe
 ſe niſi eandem haftam qua uulneratus erat. Hoc Telephus ubi audiuit, ad re-
 gem Agamemnonem uenit, & monitu Clytemneſtræ Oreſtem infantem de cunabulis
 rapuit, minitans ſe eum occiſurum niſi ſibi Achiui mederentur, Achiuis autem quod
 reſponſum erat ſine Telephi ductu Troiam capi non poſſe, facile cum eo in gratiam re-
 dierunt